Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Eadem die dictus vir Stephanus Draendt laicus Datzebuchen
diocesis etatis sue annorum Nymm octo Citatus iuratus et examinatus
respondit per iuramentum prestito per eum prout infra sequitur
Super Primo secundo et aliis articulis usque ad Septimum inclusive
examinatus testis respondit articulos fore veros et audivit
Super septimo articulo interrogatus tum qd interrogatus delinquendo exami
natus testis respondit se non audivisse singulariter articulum
Super Octavo articulo interrogatus tum qd tempore vite sue et examinatus
testis respondit se prout articulatur a progenitoribus suis audivisse
Super Nono decimo et Undecimo articulis examinatus testis respondit
de articulatis non habere scientiam neque se articulata specialiter audivisse
Super Duodecimo articulo interrogatus tum qd propter bona opera sua et
examinatus testis respondit articulum fore verum quia hodie ita put
articulatur cognoscitur
Super Tredecimo Quartodecimo Quindecimo et Sedecimo articulis
examinatus testis respondit articulata non audivisse neque de hiis
specialem adiuvantiam habuisse
Super Decimoseptimo articulo interrogatus tum qd post morte suam
similiter et examinatus testis respondit articulum fore verum quia a
tempore quo memorari potest semper audivit famam ab omnibus hominibus
et coam gravibus personis prout articulus ponit
Super Decimooctavo articulo interrogatus tum qd de publicis omnibus et examinatus testis respondit articulum fore verum quia ita fama etiam in loco
prout articulus tenet ubi moram traxit
Super Decimonono articulo interrogatus tum qd post morte sua clarum et examinatus testis respondit articulum fore verum causam addit
quia ipse testis de anno preteriti videlicet Septuagesimotertio et Decimo
septimo die mensis Iunii crescentis fuit tactus in brachio peste ipse
testis se deferens ad sepulchrum beati Leopoldi voto nacque eum ibidem lig
alias herbas apposuerit in continenti melius habere cepit prout ho
die sanus est neque aliquid in familiaritate amodo sentiat interrogatus
an ex vi verborum vel arte aut medelas oppositus respondit testis per
iuramentum prestitum se firmiter credere ex meritis et intercessione beati
Leopoldi sanatum et a peste liberatum fore
Super Vigesimo et singulis aliis articulis examinatus respondit eosdem
articulos fore veros quia ita prout articulatur accidit et de hoc est
publica vox et fama

Et finit testis iuramentum prout est moris